

debat, non praecipue quod vulneribus laederetur: quoniam Iesus erat, latroni pepercit, non praecipue, quod ab eo rex proclamaretur.

Sit altera ratio, nec minus praecipua, in eam curam, et studium omnes fere excurrere mortales, ut nomen sum ab omni posteritatis oblivione vindictur. Unde Romani dueli cupiditate immortalitatis, exerunt triumphales acus, pyramides, obeliscos, ampla palatia, et alia multa monumenta, quae tamen iniuria temporis, de quo Poeta vere dixit: *Tempus eadæ rerum, tupe invidiosa vetustas*, tandem corruerunt, extinctis fere iam pariter aeternorum nominibus, et impleto, quod Ecclesiasticus dixit (Ecl. 41): *Nomen ipsorum peribit*. Malorum enim nomina etsi status incisa marmoreis, et albis insculpta aedificiis fuerint, delēbit Omnipotens; unde merito de illis ait David (Psal. 9): *Perit memoria eorum cum sonitu*. Ad nomen sanctum Iesu vult Deus esse perpetuum, et aeternum, ideoque pyramidi, et columnae crucis imponi voluit titulum: *Iesus Nazarenus*. Quod ita feliciter factum est, ut huius tituli, et nominis gloriam, nec longa temporum series obruerit, nec oblivio depresserit, vel inimicorum snorum infestas animas de illo triumphaverit; immo reluctantes ipsis per omnia aetatum, et saeculorum tempora manebit gloriosum, et coelo, et terrae, atque inferno venerandum, ut dixit Paulus (Philip. 2): *In nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum*. Prostrabant in genua seraphim, hoc nomen audientes, prosternantur homines ad tanti nominis prolationem, reges sceptra, imperatores diademata, pontifices submittant diadema; quin et obscurae regionis infelices habitatores, tartareaque spiritus, auditu Iesu nomine, tremant, et horreant, et confundantur.

Secundus scopus, seu finis, quem in principio dixi Deum respexisse in impositione nominis Iesu, nostrum commodum, et utilitas est; hanc vero maximam ex hoc nomine ad nos pervenisse, non minus, quam primum, constat. Nam ut uno verbo dicam, sacratissimum hoc nomen omnis nostrae inopiae unicum remedium, et thesaurus est. Si enim Iesus idem est, quod salus, et haec est omnium bonorum aggregatio, quoniam inde bonus color corporis provenit, sanguis augetur pariter, et temperatur, nec superfluat, aut deficit, humores moderatur, et aequa portione disponit, ne bilis praevaleat flegmati, aut flegma bilem superet, et alia similia praestat, ut Hippocrates, et Galenus docuerunt: iure optimo a tanta nominis virtute omnia bona, vitamque ipsam sperare poterimus. Properea namque dixit Ambrosius de nomine Iesu loquens: *Si mortem times, vita est: si in coelum tendis, via est: si febrilis aestuas, salus est: si alimento indiges, cibus est: si sitis, aqua est: si labore opprimaris, requies est: si in certamine versaris, corona est*. Dicere tandem possumus illud Isaiae (cap. 66) de hoc ipso nomine cum Deo ita loquentis: *Nomen tuum memoriale tuum in desiderio animae meae*. Quae verba placet explicare, desumpto a Pharmacopoli exemplo: hi enim solent sua vasa inscribere: *Aqua rosea,*

sirupum violarum etc. Quem morem librarum quoque, seu bibliopolarum sequuntur, libris nomina auctorum, et res, de quibus tractant, ita superscribentes. Chrysostomus (sup. Math.), Ambrosius (sup. Luc.), Hieronymus (sup. Proph. etc.). Christum ergo nomine notari quid aliud est, quam inscribi quasi titulo, ut eo breviter insinuantur omnia bonorum genera, quae pro remedio humanae aegritudinis, ignorantiae, et paupertatis nobis per ipsum promittuntur, et exhibentur. Nomen Iesu epigraphæ est; seu titulus aquae roseae, qua concupiscentiae ardor refrigescat: titulus est rhabarbari, adversus bilem, et vindictae cupiditatem: titulus est theriacæ, qua peccati venenum expellitur. Cernimus impletum in hoc nomine multo quidem melius, quam in Tobia, quod de illo parentes eius dixerunt (Tob. 10): *In te uno omnia habentes non debuimus dimittere te*. Ne igitur et nos tam salutiferum nomen dimittamus, cum ab eo sola nostra salus, et vita pendeat, et omnia in ipso, et per ipsum habeamus. Est praeterea nomen Christi titulus materiarum, quas Christus in cathedra suae crucis perlegit: ibi enim docuit charitatem, ibi patientiam, ibi misericordiam, ibi obedientiam, et reliquas virtutes.

Haec sunt, quae sanctissimo Christi Iesu nomine significantur; nunc reliquum est, quid Christiani appellatione notetur, declaremus, ne quis excusetur ignorare rerum, quas Christianus existens observare debet. Si mihi nunc definiendus esset verus Christianus, dicerem esse vivam Dei legem, angelum carne indutum, formatum divinis Stoicum, animi affectionibus carentem; sed cum prius ab Augustino optime fuerit definitus, eius placet apponere definitionem: *Christianus est*, inquit ille, *qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omnino movetur iniuria, qui terrena contemnit, ut possit habere caelestia*. Haec sunt quae Christiani nomen pollicetur, quibus nos teneri, et satisfacere tam sancta iubet appellatio. Interrogo igitur te o Christiane, hisne obligationibus satisfacias, sicut Christus sui nominis officio satisfecit? Crediderim nullius rei te magis, quam huius immemorem, siquidem opera tua te magis indicant Paganum, quam Christianum. Conveniatur huic proposito inquit sanctus Chrysostomus: *Dic mihi unde potero comprehendere te christianum esse? a loco, a veste, a sermone, a cibo, a negotiis? A loco non certe: quandoquidem christiani locus est Dei domus; tua autem habitatio frequentissima ludus, et platea est: non a veste, cum indumenta tua profana sint, neque alia induas, quam serica, et adeo contexta, tanto paranda sumptu, ut nec Satrapa, ut Terentius dixit, ferre sumptu possit: non a sermone, siquidem perpetuo gaudes periurio, et detractioe, et adulatione pascaris: non a cibo te christianum esse cognosco, cum in mensa propter ingluviem, et intemperiem magis Epicuri, quam Christi videaris esse discipulus. Unde igitur te coniciam esse christianum? a negotiis ne minime: quae enim geris, et tractas, plena sunt dolis, plena fraudibus, et iniuriis, quibus proximum tuum circumvenire soles, honori eius, vel divitiis in-*

sidians. Merito ergo interrogat Chrysostomus, *Unde potero deprehendere te christianum esse? Ego enim non video eum nomine christianus, cum tam sancto nomini pessima tua opera penitus adverteatur*. Quamobrem quid tibi dicam, nisi verba illa, quibus sanctus Ioannes quendam Episcopum alloquens est (Apoc. 3): *Nomen habes, quod vivas, sed mortuus es; quasi diceret, nomen quidem christiani, sed vita pagani est*. Videmus nonnullos appellari duces, etsi nunquam hostem devicerint, immo vix gladium lateri apposuerint; et doctores etiam, ac licentiatos, quod non promovit ad illam dignitatem parta in scholis doctrina, sed indulgentia Comitum Palatinorum: sic etiam cernimus non paucos christianos, qui hac tam honorifica appellatione sine aliquo eorum merito nominantur, cum procul absint ab eo vitae genere, quod christiani sancta nuncupatio pollicetur. His dicere poterimus, quod quidam dux ignavissimus illi nomine Alexandro dixit: *Vel nomen muta, vel te gere, ut Alexander*. Erubescit igitur dici christianus, si moribus paganum exprimitur, ne quae, tam ineluctum nomen tuae vitae foeditate deturpes. Venit mihi in mentem a Platone in Cratylo dictum: *Cum ex bono pioque viro impius generatur, genitus non genitoris nomen sortiri debet*. Ergo qui Christum non imitatur, ab altitudine mentis, quae tali parente natus convenit, turpiter degenerans, indignus profecto est nomine, quod a Christo suscepit, et a tanta dignitate, et honorifica appellatione deponi meretur. Si vis autem boni christiani nosse conditiones, et mores, et illis imbuti, audi d. Chrysostomum in haec verba loquentem (in c. 8. Math. hom. 20. in princ.): *Qui vult esse christianus verus, non solum non periuret, sed nec usque ad oculum concupiscat; non solum non percutiat, sed nec percussus reperiatur; non solum aliena non tollat, sed etiam cogenti dimittat; non solum amicos sincere diligit, sed etiam inimicos: ac tandem subdit, petat, quaerat, pulset, et accipiet; attendat autem a falsis prophetis*.

HOMILIA II.

Quantum maiestas, et altitudo Dei se demiserit, nomen accipiens, et quantum impositione illius Pater cum extulerit.

Sublimi non caret consilio, temporum cursum, et ordinem a Domino ita esse dispositum, ut mysterium circumcissionis, et impositio suavissimi nominis Iesu celebrentur in ipso anni ingressu, quo tempore pariter annus terminatur, et incipit. Nam quemadmodum solaris annus circuitu peragit mensium, dierum, et horarum revolutione, ita etiam annus Ecclesiasticus cursum conficit, et dierum festorum, sacramentorum solemnitatum tempora ducit, ac recedit. Quemadmodum enim pulchro annulo excellentis, et eximiae caelaturae smaragdus, vel adamantus inseritur, qui sit tamquam principium,

et finis illius: sic in annulo mystico anni Ecclesiastici positur, tanquam fulgentissimus crystallus, caro Christi, sanguine circumcissionis rubricata, et hinc pretioso lapidi, qui est Christus, insculptur nomen Iesu, cuius nomini inscriptio sola quodam compendio reliqua omnia mysteria, quae in hoc annulo latent, continet, et insinuat. Iesus enim idem est, et quod Salvator, quod nomen solum satis superque est ad omnia nostrae salutis indicanda sacramenta, quorum nobis in eo summa proponitur ad annum inchoandum, sicut rubrica in iure civili, et canonico, quae breviter docet, quidquid iustus comprehendit. Nam in ipsa nominis Iesu acceptione sita est mirabilis illa coniunctio magnitudinis, et parvitas, qua Deus hominem induens se demisit pariter et extulit, se circumscriptis, et ampliat, et multo magis se ostendit gloriosum. Incipiens ergo ab eius humilitate, et deiectione, quae via fertior est, ad maiestatem eius, et excellentem, et magnitudinem in hoc nomine explicandam, affirmo in primis Dei nomen accipientis, humilitatem fuisse quam maximam. Nam ut sanctus docet Bernardus (cont. Euzum.), Gregorius Nazianzenus (2. orat. Theol.), et alii viri sanctitatis praestantes, qui haec in re Dionysium (de div. nomin. c. 10) sequuntur, inter excelsa Dei, et magna operum connumeratur, quod non habeat nomen, quod possit appellari. Excellentia haec multum certe differens ab ea, quae placet mortalibus, quorum gloria tunc indicatur esse magna, cum eorum nomen in oro omnium versatur; gloria autem Dei tam magna est, et excellens, ut nomen proprium habere nequeat, quod a creaturis usurpetur; nam iuxta doctrinam Philosophi, quam late tradit sanctus Thomas (1. p. q. 13), ea res proprio nomine vocatur, de qua fieri potest mentis propria conceptio; inde quod nequit undequaque intelligi, multo minus poterit nominari. Si ergo fieri non potest, ut intellectus creatus undequaque Dei asequatur cognitionem, nec poterit nomen proprium Deo, sicut ipse in se est, a creaturis inventi, aut assignari. Hinc est quod Platonicus, lamblicus, et Apuleius eodem Platoni in dialogo, quem de nominibus composuit, adherentes, et lumine rationis ducti, fatentur hanc in Deo excellentiam, ut eum comprehendi non possit, sit pariter ineffabilis, et ut ita dicam, inominabilis. Auctor etiam libri causarum de hac Dei magnitudine ita breviter, vere tamen scripsit: *Prima causa est supra omne, quod de ipsa nominatur*: quasi diceret, humanae mentis, immo et angelicae captum non satis esse, ad nominandum, vel intelligendum, quid sit ille, a quo cuncta procedunt. Nec inepie, qui nomina rebus, sicut corporibus vestimenta debere aptari dixit; quod ut fiat, necesse est, ut corporis latitudinem, et longitudinem sartor metiatur et comprehendat, et iuxta illius modulum conficiat amictum: Deus autem cum sit immensus, mensurae capax non est, atque ideo nequaquam poterit ei conveniens et adaequatum nomen reperiri. Hebraei dicebant nomen Tetragrammaton, sive quatuor litterarum significare Dei essentiam: verum enim vero, etsi quatuor mil-

lium litterarum illud nomen esset, naturam Dei complecti, et capere nequiret, ac propterea minime potest, ut ipse in se est, nominari. Huius rei causa est, quoniam quidquid de Deo loquimur, conforme est cognitioni, quam de illo habemus; Deus autem longe altior, et excellentior est cognitione, quam de ipso nosse assequitur intellectus, ut egregie adnotavit his verbis d. Thomas (1. p. q. 13. art. 11): *Intellectus noster non potest ipsam Dei essentiam cognoscere in statu vias, secundum quod in se est, sed quemcumque modum determinet, circa id, quod de Deo intelligit, deficit a modo quo Deus in se est: ideo nullum ei proprium, et verum nomen potest a nobis aptari.* Hinc Plato (in *dialog. Theag.*) inquit: *Maestas eius nec mente comprehendi, nec lingua exprimi, nec ab hominibus nominari potest, unde ut nomen sibi imponat, necesse est.* Immensitatis enim divinae capax nomen creatum non est, quoniam nomen est quasi rei definitio, qua quid sit res, una voce declaratur; voce autem una, aut verbo uno exprimere, quid sit Deus, non alicuius, quam ipsius Dei est, qui scit et potest, immo opus habet, si velit dicere totum illud, quod ipse est, verbum formare, et magnitudinem, et potentiam sibi compar, aliter enim non acquisitionem nomen significato. Quare cum tale verbum sit Deus: *In principio erat,* et ut ait Ioannes: *manet apud Deum,* ob eamque causam solus Pater, et Spiritus illud comprehendunt; homines vero nec audiunt, nec solo lumine naturae percipere valent, quippe quod magis reconditum sit, quam ipsemet Deus; nam lumine naturae de Dei natura, et magnitudine aliquid attingimus; at de huius Verbi persona scintilla nulla in tanta caligine praelebat, atque ideo natura Dei nobis quidem erat obscura: Verbum autem, quod illam declarare poterat, multo erat obscurius. Sed postquam ut inquit Ioannes (*ibid.*): *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis,* Deum habemus manifestum: illum enim videre, et tangere possumus, quoniam ita se demisit, ut non solum intellectu, sed etiam sensu, cuius exigua vis est, facile percipiatur. Eum enim iam videt oculus, audiunt aures, manus tangunt, et palpant, ita ut quemadmodum Deus factus est Verbum abbreviatum, naturam suscipiens humanam, ita quoque hominum verbo capitur, et circumscribitur; et sicut corpus habens oculis cernitur, sic etiam nomen habet proprium, et ita dulce, et sola eius pronuntiatio animam, et os proferentis incredibili suavitate, et dulcedine perfundat. Propterea namque Deus factus est homo, et nomen accepit, ut visus, gustum, et auditum tibi recitaret, et deleceat, idque suo tanto sumptu, ut supposito Patris decreto, necesse fuerit contrahi, et coerceri magnitudinem eius infinitam.

Ex hac prima Dei humilitate nascitur secunda, videlicet subiectum esse his miseris, et egenatis, quae necessario naturam committantur humanam: unde factum est, quemadmodum infantulus factus, et pannis, quibus califeret, et lacte quo nutrietur, ita etiam nomine, quo ab aliis hominibus distingueretur,

indignerit, quo certe non equisset, si purus mansisset Deus: nomen enim est, quasi notamen, quo tanquam signo privatae cuiusque rei natura, et perfectio declaratur. Aer alterius qualitalis est quam ignis, et ignis alterius, quam terra, et alia individua conditio loamii, alia Petro est: quorum omnium ut distinguantur naturae, et perfectiones, nomenclum diversitate opus est. Deus autem non res una particularis, et finita, sed est natura infinita, omne esse complectens, perfectio immensa, omnibus accumulata perfectionibus, ideo nomen non eget, quo eius perfectio ab aliis perfectionibus distingatur: nam quidquid homini, et perfecti in rebus est, in ipso excellenter, et eminenter praefect. Hinc Lactantius (*lib. 1. c. 6. de div. institut.*) refert mirabilem sententiam Trismegisti, dicens: *Deo nomen non est, nec opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimen postulat multitudo, ut unamquamque personam sua nota, et appellatione designes.* Nomen enim proprium, ut iam dixi, nota est, sive character, quo huius, et illius perfectio distinguntur. Hinc Deus interrogatus, quod sibi nomen esset, respondit (*Exod. 3.*): *Ego sum, qui sum:* quae verba, ut explicat Ioannes Damascenus, idem significant ac si dixisset: *Ego sum abyssus interminabilis, quae capit omnes perfectiones creaturarum, quae fuerunt, sunt, et futurae sperantur.* Hinc aedant aliae ipsiusmet Dei perfectiones, quae numero sunt infinitae, ac propterea fieri non potest, ut immensus, et infinitus nomine comprehendatur: natura namque nominis, et proprietatis est notata rem finitam, et terminatam. Nec est abs re, de qua loquimur, quod refert Eusebius Caesariensis de quodam martyre, qui rogatus, ut diceret nomen Dei illius, qui aliorum Deorum prohibebat adorationem, respondit: *Solus est,* ac si diceret non esse alium Deum praeter ipsum, sicut ille de se dixit (*Deut. 4.*): *Nec enim est alius Deus in caelo, neque in terra.* Non ergo Deo est opus nomine, quo ab alio Deo dividatur: nam ubi multitudo non est, frustra nomen adhibetur. Quibus non obstantibus incommodis, Deus sumere dignatus est nomen, quod natura finita, et determinata consequitur; unde videtur inter alia particularia Deus censerit, dum insignitur nomine, quo ab aliis hominibus distingatur.

Ex hac secunda humilitate, si affente rimeatur, oritur quoque tertia, quoniam nominis necessitas ab imperfectione, et defectu rerum teste Aristotele nascitur: *Quia res ad scholas, inquit ille, adducere non possumus, utitur vocibus pro rebus.* Quando enim loqui volumus de aliquo, necesse nobis est nomen eius usurpare, ut de quo sermo est, intelligatur. Itaque parvitas, et angustia rerum facit, ut temporibus subsint, nam aliquando sunt, et interdum esse desinunt, et modo hic, modo illic reperuntur, quae causa nos cogit, ut ait Aristoteles, vocibus uti pro rebus. Deus autem tempore non clauditur, semper fuit, et est, nec unquam non erit, nec loco, nec tempore coercitus, unde non eget nomine, quo suam suppleat praesentiam: non enim aliquando, aut alicubi deesse potuit. Altamen postquam, Non

desinens esse, quod erat, ut ait Gregorius, accepit esse, quod non erat, et coelorum cursu subiacere, ac in angusto, et humili praeseptio nasci, pannis involvi, et quod mirabilis est, mori voluit; nomine indiget, quod pro illo, sicut pro ceteris hominibus de Deo loquentes usurpamus. Unde Evangelistis dicentibus: *Quia natus est in Bethleem,* et postea, *Cum impleverunt dies octo, quod dicit mensura Dei iam esse locum,* et tempus, quibus dignatus est subire, nomen ei pariter datum auit: *Et vocatum est nomen eius Iesus,* quo nomine suppletur eius praesentia, quatenus homo, in his locis ubi non est. Quoniam etsi quatenus Deus, est ubique, non tamen, ut homo, quidquid haereticis Ubiquitae contra deblaterent.

Derivatur etiam ex tertia quarta Dei humilitas, nam impositio nominis indicat dominium imponentis, et ipsam novum recipientis subiectionem, sicut Chrysostomus, et Hieronymus (*super Isa.*), adnotaverunt. Unde legitur Deum, post hominem creatum, *Ut processet volatili: bus caeli, et amentibus terrae,* in signum possessionis, et dominii, cui praeficiebatur, omnibus rebus dari ab ipso nomina voluisse, sicut Scriptura testatur (*Genes. 2.*): *Quod vocavit Adam, ipsum esse nomen eius.* Super cuius loci expositionem ait idem Hieronymus, regibus Chaldaeorum usu receptum, ut in bello capti in servitium signum novis nominibus appellarentur, itaque a Nabuchodonosor adolescentem Hebraeos, qui Daniel, Misael, et Azarias antea dicebantur, postea fuisse Misach, et Sadrach, et Abdenago ab ipso nuncupatos, ut ita sibi esse subiectos, et servos manifestus ostenderet. Cum igitur divina maiestas tanta sit, ut nullo modo possit habere superiorem, dubitari non potest, penes nullum alium, quam penes ipsum Deum, imponendi sibi nomina esse potissime imperium, vel auctoritatem. Sed postquam homo factus est, nomen quoque iam habet, et servis assimilatur, secundum quod Paulus de ipso dixit (*Philipp. 2.*): *Formam servi accipiens,* et ut Evangelista de Christo parentibus obediente inquit (*Lucas 2.*): *Subditus erat illis.* Primus homo peccato consentiens amisit libertatem, factusque est peccati servus: unde propter culpam, deus tanquam Index commissi delicti legitimus novum ius acquisivit ad ipsum puniendum, ac propterea legem tulit, qua insit populum Israeliticum, tanquam servum suum, stigmatem circumcisionis insigniri. Quoniam ergo Christus venerat, ut culpae nostrae sufferret poenam, se legis huius praecepto submisit, et notari se permittens ac si esset servus, poenae nostris peccatis debital obnoxius, nomen quoque accepit (*Lucas 2.*): *Et vocatum est nomen eius Iesus,* id est Salvator. Plurimum differt Dominus, et Salvator noster a reliquis mundi principibus, et dominis, in quibus nostram spem locare prohibet David, inquit: *Nolite confidere in principibus, nec in filiis hominum, in quibus non est salus:* hi enim non subditum, sed propriam quaerunt salutem, et quod perniciosus est, suorum incommodis, et discrimine locupletantur, et conqueesunt.

Solent domini, quorum potus, aut cibus praef-

libatur, nominari, ut vulgari uxor voce, domini de salva, quoniam ferebat, et portio eorum praebatur a famulis non solum honoris gratia, sed ut servi praegustantis periculo, si quid forte veneni fuerit cibo, ut potioni admistum, salus dinorum quaeratur, et tuta fiat; at Salvator noster longe aliter, quam mundi domini, est Dominus de salva, quippe *Quoniam fecit populum suum a peccatis eorum:* quod ipse dum praestat, ex domino fit servus, ipso dicente (*Isai. 45.*): *Servire me fecisti in peccatis,* et ideo fungi officio Salvatoris incipiens; nobis praebit, et praegustat in circumcissione calicem suae passionis, ut inde nobis postea gustantibus anima nostra salva fiat sanguine, ac morte tanti Salvatoris. Videlicet quantum sit discriminis inter mundi principes, et hunc hominum Salvatorem, cum ipsi suam, hie aliam quaerat salutem, praebitibus hodie sanguinis calicem, quem postea pro nobis in cruce moriens nostram sitiens salutem avidus exhausturus? Magna igitur fuit Dei humilitas nomen accipiens. Sed cum ille solet superbos deponere, et humiles exaltare, et humanae redemptionis opus duobus his continere extremis sublimitatis, et humilitatis, voluit Deus utrumque coniungere, nomen filio suo imponens, ex quo magis elucet in hoc pueri Iesu parvitate magnitudo Dei, et maiestas; et ideo Paulus dixit (*ad Phi. 2.*): *Donavit illi nomen, quod est super omnia nomina.*

Et ne a proposito scopo digrediar, explicabo breviter, et probabo Deum Patrem Filii sui honorem impositione nominis auxisse quantum plurimum per illa quatuor humilitatis genera, quae in desumptione nominis continentur. Quarum prima fuit, magnitudinem Dei contrahi, et Verbum Dei abbreviari intra infantis corpusculum, ut non solum intellectus, verum etiam sensus percipiat, et vox humana significet eum, qui antea erat ineffabilis, et incomprehensibilis, quod summa Dei maiestas videtur quodammodo indignum. At si diligenter hoc velimus scrutari mysterium, invenimus in hac humilitate, dum, qui Deus est, nascitur, dum circumciditur, dum nominatur, ostendi mirabilem. Nam antequam homo fieret, etsi erat incomprehensibilis, angeli tamen aliquas eius perfectiones percelebant; opus autem nostrae redemptionis in se ipso ineffabile, et incomprehensibile sacramentum est, et ut docuit Paulus: *Ab omnibus sanctis absconditum:* immo et ipsi angeli incoegitum, quoad modum variasque circumstantias: ob idque nomen Iesu, quo Deus significatur, prout est nostrae salutis auctor, animarumque redemptor, tot continet sacramenta, ut nec lingua fari, nec mens capere valeat, sic scribente Hieronima (*cap. 32.*): *Magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu.* Praeterea cunctis patet, omniumque Patrum assertione firmatur, inter sublimita Dei opera iam facta, vel quae in posterum facere potest, primum locum tenere divini Verbi Incarnationem: haec enim longissimo intervallo omnia Dei opera, vel beneficia superat, ut scribit Augustinus (*lib. 20. c. 26. de civit. Dei.*), inquit: *Gratia Dei non potuit gratis commendari, quam quod Dei Fi-*

ius indueret hominem. Unde Iesu nomine, quo significatur Verbum incarnatum, quoniam doct nos Deo cognitionem, per opus tam excellens, quale fuit incarnationis, nostrum erigit intellectum ad cogitandum, et sentiendum tam sublimiter de Deo omnipotentia, ut altius mens sublimem edam consurgere, aut evolare non valeat. Quo eadem nomine multo magis, quam quibusvis aliis sapientia Dei, et bonitas insinuat: siquidem utraque in opere redemptionis clarior quam in ceteris Dei operibus resplendet; immo si bene contemplerur, hoc sacrum nomen omnium est gloriosissimum, quoniam sumit a misericordia, quam Deus gloriam suam vocat, iuxta verba Pauli (ad Rom. c. 6) scribens: *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei.*

Secunda humilitas Verbi divini nomen accipiens fuit, reliquis hominibus annumerari, et ut ipsi solent, nomine proprio distingui: id enim signum est finalitatis naturae, et angustiae perfectionis. Hanc vero humilitatem per impositionem nominis Iesu Deus honoravit, et extulit, impartiens huic sanctissimo nomini amplissimam, infinitamque virtutem operandi mirabilia ad eius invocationem, cuius rei innumera sunt in sacris litteris, et quotidie varia, et magna exempla cernuntur. Huius veritatis magnum extat testimonium animis omnium fidelium impressa, et velut innata fiducia in quovis periculo hoc sanctissimum nomen absque aliqua praevia rationatione invocantem, qui animorum motus rationem occupans, etsi nuda duce fit, ipsa tamen nominis invocatio ab oculo, et iam quasi innato fidei divinae assensu elicitur. Hoc unum denique nomen est, quo divina providentia nostris consultit necessitatibus, et cuius medio, et merito quod a Deo petimus, nobis, si animaram salutem expediat, liberaliter conceditur.

Tertia humilitas, quae ab acceptione nominis fluit, est quod se declaravit hominem, cuius est proprium certo loco, et tempore circumscribi, et ubi non adest, nomine suppleri. Id autem tantum abest, ut Dei coereat amplitudinem, ut admiratione nominis Iesu totus fuerit orbis impletus, dicente David (Psal. 8): *Quam admirabile est nomen tuum in universa terra.* Cui consonat Paulus inquiriens (ad Phi. 2): *In nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, et inferorum.* Praevidetur enim atque Iesu nomine ubique honorandum, ita ut nullus locus sine caelestis, sive terrestris, set inferorum foret, ubi ad eius reverentiam genus non flecteretur. Auditur in caelo, resonat in inferno, quin et principes lenebantur inter horricum cataractum, et compendium fragorem Iesu nomine contremiscunt, eisque adeo in illo miseriarum leuca potens atque horribile, ut Iesu nomine tanquam Davidica, et indelebili sigillo inferorum portae claudantur, ne tartaricae regionis habitatores hominibus damna illaturis raptis carceribus erumpant: unde ait in sua oratione Manasses: *Conclusisti abyssum, et signasti eam terribili laudabili nomine tuo.* Quoadmodum autem malis nomen Iesu est horribile, sic bonis, et iustis amabile, et praesidium tutissimum, ad quod afflicti confugiunt, ut ab hostibus se

infantibus incolumes evadant: nam scriptum est (Prov. 18): *Turris fortissimi nomen Domini, ad ipsum currit iustus, et exaltabitur.* Quare nemo est in ecclesia militante, qui nomen hoc non colat, suspiciat, et adoret, ab ipso enim cuncta bonorum genera in nos derivari quotidie experimur, cuius nominis gloria, et decus per omnia loca propagatum ad omnia etiam tempora, immo ad ipsam pervenit aeternitatem. Tempore namque legis naturalis iam colebatur, ut constat ex Genesi (c. 4): *Enoch coepit invocare nomen Domini,* hoc est nomen Iesu, quem per fidem invocabat, sperans ipsum inter Deum, et homines mediatorem. Post haec lege scripta vigente, summo in honore a cunctis mortalibus habitum fuit: nam ut scribit Iustinus Martyr (in Apol. cont. Triphonem), ideo voluit Deus non per Moysen, sed per Iosue temporalia administrari, quem Deus elegerat, ut populum suum in terram promissionis perduceret, quoniam Iosue, cui nomen etiam fuit Iesus Nave, figura fuit Domini, et Salvatoris nostri Iesu, qui nos exules in coelestem patriam, ut diceret, homo fieri, et nominari dignatus est. Hinc denique liquet in lege gratiae multo uberiora, et maiora bona nominis per hoc nomen apportari, cum non aliunde, quam ab ipso salus quaeratur aeterna, dicente Apostolorum principe (Act. cap. 4): *Nec aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri.* Ipsi sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA III.

Quantum ineffabile Nomen Iesu reliquis praestet nominibus, in illa verba Pauli: Donavit illi nomen, quod est super omne nomen (ad Philipp. 2).

Sacrarum litterarum monumenta commemorant, sapientissimum Salomonem, dum plurimum angere in perquirenda quaerendum questionum veritate, et praesertim in cognoscendo nomine Filii Dei, adeo de sapientia sua parum sperasse, ut in haec verba tandem proruperit (Prov. c. 30): *Stultissimus sum omnium virorum, et sapientia hominum non est mecum.* Et quamvis veram sit, difficiles aliquot ab eo propositas fuisse questiones, ultimo tamen loco tantquam omnium maximam proponit eam, quae de sancto Dei nomine se magis sollicitum habebat. Prima questio est: *Quis ascendit in caelum?* quasi dicat, unde sciam, quis caelestibus orbibus tam certum, perennemque motum, soli pulchritudinem, et sideribus, atque planetis virtutem imperavit, ut in suo influxu inferiora moderaretur? Altera questio est: *Quis descendit de caelo?* hoc est, quis pacem, et concordiam elementis inter se contrariis conciliavit? quis terram tot argenti, et auri mirabilibus locupletavit, et tanta decoravit varietate arborum, et florum, ut iuxta Christi verba

(Lucas 12): *Nec Salomon in omni gloria vestitur sicut unum ex istis.* Tertia questio: *Quis constituit spiritum in manibus suis?* Id est, quis ita potens est, et ingeniosus, ut ventum pugno constringat, clausumque teneat, donec ipse velit dimittere? Post has et alias interrogationes, et difficultates perscrutatur aliam omnium obscurissimam, et difficillimam per haec verba: *Quod nomen est eius, et quod nomen filii eius si nosti?* Huic quaestioni respondent Gentiles, non esse unum, et solum nomen Dei, quoniam non unus tantum, sed multi Dei ab ipsis colebantur: nam maris Deus habebatur Neptunus, bellorum Mars, ventorum Aeolus, coeli Iupiter, et eloquentiae Mercurius. Romanorum senatus, ut aiunt, super haec ipsa re, videlicet de vero Dei nomine sollicitus, in varias sententias, et opiniones distrahebat, dum apud ipsum quaereretur, quod nomine summum omnium Deorum esset appellandum: nam militares homines censuerunt vocari debere *Deum potentiae*, quod proprium Dei esse videretur suis viribus, et potestate regna, provinciasque superare: sapientes, et docti, nominari oportere *Deum sapientiae* dicebant, quod sapientiae suae magnitudinem universam mundi molem Deus regeret, essetque omnium iudex, in quo sapientia, et prudentia maxime necessaria est ad bene gubernandum, et iudicandum: mercatores, et lucri dediti aiebant, dici oportere *Deum pecuniae*, quoniam Deo ab omnibus praestari debet obedientia, nihilque sit, quod pecuniae non obediat, dicente Scriptura (Eccles. 10): *Pecunia obediunt omnia.* Nam et avarus dives arcem, ubi thesaurum habet inclusum, aperitur, in gremio proccumbit, quasi pecuniam adorans. His dum certabatur sententia, adfuit pauperum advocatus graviter quaerens, quod se inconsulto res tanta tractaretur, nec ex propositis iam in Senatu sententia aliquam sibi placere dixit: nam si vocaretur Deus potentiae, solos diligeret potentes, et odio haberet infirmos; si Deus scientiae, nihil aestimandi forent indocti; si denique Deus pecuniae appellaretur, pauperum, quod nihil ei offerre possent, nullam ei curam futuram. His auditis canis, Romanorum senatus decrevit, ut Dei nomen esset *Deus clementiae*, quae res, seu vera, sive fabulosa sit, docet saltem sapientiam, et prudentiam consensisse, qui nomen Deo a clementia, et misericordia imponendum indicarunt: nam si Deus clementiae erat, securi esse poterant homines, illum non fore factiosum, vel personarum acceptatorem, potentibus, sapientibus, vel divitibus faventem, sed in omnes pari usum benignitate, ut de nostro vero Deo Paulus dixit (ad Ro. 10): *Dives in omnes, qui invocant eum.*

Quid autem in nominibus investigandum, quibus gentes Deum vocaverunt, immorandum? cum in sacris litteris excellentissima omnium, et quae magis eius naturam explicant, habeamus. Isaias enim sex et nomina praebet: quorum primum est *Admirabilis*, quod et perquam optime convenit: fuit enim Deus admirabilis in rerum creatione, admirabilis in iustificatione, admirabilis in redemptione, glorificatione, et ostensione potentis brachii sui, iustitiam pariter, et mi-

sericordiam operatus. Quid autem admirabilis, quod Dei maiestatem, et magnitudinem inter angusta unius Virginis viscera circumscribit, et nostrae susceptione naturae, qui erat immensus, arctari, ac denique infanulo aequari (Luc. c. 2): *Quem coeli colorum capere non poterant?* Nonne admirabilis, quando namquam agens durissimum dispulabat? nam, ut dicit Lucas: *Stupabant omnes, qui eum audiebant super prudentiam, et responsis eius.* Angeli, ipso in coelum conscendente, correpti admiratione, et stupore percontabantur: *Quis est iste, qui venit de Bedom, tinctus vestibus de Bosra?* Admirabilis non solum in se ipso, sed etiam in servis suis, ut ait David (Psal. 67): *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* Secundum eius nomen apud Isaiam est *Consiliarius*, tum quia tanquam Sapientia Dei aeterna, consilia Patris nobis, et mysteria revelat; unde Ioannes (c. 1): *Qui est in sinu Patris ipse enarrauit;* tum quia, ut advertit Lactantius Firmianus, omnia Deus per sapientiam fecit, dicente Paulo (Heb. 1): *Per quem fecit et saecula;* et ipsa Dei Sapientia dixit de se loquens (Prover. 3): *Cum ipso eram cuncta componens.* Nomen tertium illi est, *Deus*, ex quo nomine probat Hieronymus, et Ioannes Cassianus Christi divinitatem; unde et nos summus universalem eius providentiam cognoscere, ut advertit Theodoros (lib. de principis), s. Ioannes Damascenus (lib. fd. orth.), s. Gregorius Nazianzenus (lib. 4 theol.), et ante ipsos Plato in Cratilo, qui scribit nomen Dei apud Graecos derivari a verbo, quod significat disponere: nam ut Sapiens dixit: *Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.* Unde d. Thom. (1. p. q. 13. art. 9) dixit: *Hoc nomen, Deus, est nomen operationis, quantum ad id, a quo imponitur, ad significandum: imponitur enim hoc nomen ab universis rerum providentia.* Quartum nomen est, *Fortis*, quod cum de infante recens nato, et panis involuto, ac prae frigore suffigante, Propheta dixerit, videri fortasse alicui poterit, dictum per ironiam; sed contra se res habet: nam asseveratur vocat cum Propheta fortem: quippe ab incunabulis praesepti timore concutit Herodem, et omnem Hierosolymam: *Turbatus est Herodes, et omnis Hierosolyma cum illo, efficiens pariter potentis brachii sui virtute, ut caelestes angeli, et Arabiae reges eum adoraturi festinent; ac tandem dum tremat, ac plorat, metum, et luctum afert inferno, lacrymisque suis adversarium humani generis perpetuo plandit, doloribusque sempiternis addixit.* Quintum nomen est, *Pater futuri saeculi*, sive ut verit Hieronymus, Symmachus, et Theodotus, *Pater aeternitatis.* Hinc patet Aristotelem non omnino attingisse scopum veritatis, quando de Deo loquens eum vocat Patrem temporis, siquidem quantum temporis praestat aeternitas, tantum ab illa haec distat appellatio. Ultimo tandem nomine concludit Isaias Deum vocans *Principem pacis*, non solum quoniam, ut ait d. Paulus, *ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum,* iungens humanam, et divinam naturam sub uno supposito, quo pacem caelo, et terris, angelis, et hominibus attulit; sed etiam, quoniam bona omnia ipso ad nos

adventent nobis proventur (Sep. 7): *Omnia bona venerant nobis pariter cum illa: id enim significat nomen illud. Princeps pacis: nam pax non est tantummodo unum bonum, sed omnium bonorum summa, et compendium: ideoque Petrus, et Paulus Apostoli, ut uno verbo significarent plura bona, utuntur in suis Epistolis hoc genere locutionis, et salutationis, gratia, et pax etc. Omnium horum nominum, quae superius ex Isaia memoravi, epilogum conficit s. Bernardus (in serm. 10), addita brevi, et singulari eorum explicatione, cuius verba sunt: Admirabilis Christus in nativitate, consiliarius in praedicatione, Deus in operatione, fortis in passione, pater futuri saeculi in resurrectione, princeps pacis in beatitudine.*

His Isaiae nominibus addit alia duo Ioannes Evangelista in Apocalypsi, quae magnae sunt auctoritatis: ait enim a se visum hominem indutum vestibus rubeis, ab eo insidentem, qui duo gerebat nomina, unum quod nemo sciebat, nisi ipse, videlicet *Verbum Dei*; alterum, *Rex regum, et Dominus dominantium*. Communis Patrum sententia hunc, qui equo vehabatur, intelligit esse Dei Filium, *fidelem, et veracem*, ut ibi scribitur, in promissionibus suis; equum autem candidum, castissimum eius humanitatem, quam quoniam vidit proprio sanguine conspersam, vestimenta illius, coloris sanguinei, et rubei esse dixit. Duo vero nomina, per quae duplex natura declaratur, divina nempe, et humana, sic explicantur. Verbum Dei, quod ibi primum nomen ponitur, innuit divinitatem; et ideo ait Evangelista (ibid): *Quod nemo novit, nisi ipse. Non crediderim, ut apud ipsum multa gratia pollentibus, amississimisque sibi viris sanctis, quales fuerit Abraham, Isaac, et Iacob, nomen hoc non revelarit. Et nomen meum Adonai non indicabo eis: ubi animadvertendum est cum Clemente Alexandrino (lib. 6, stro.), in exemplari Hebraeo pro Adonai legi Iehova, id est, Qui est, et fuit. Theodoretus Episcopus Lirienensis (in quaest. sup. Exod.) eidem accedit opinionioni, inquirens, nomen, quod in praedicto loco sacrae Scripturae legitur, esse illud, quod Graeci vocant Tetragrammaton, sive quatuor litterarum, quod est ineffabile Iehova, de quo Philo Iudaeus in libro de vita Moysis scribit, idem esse, quod Latine, ens, seu qui est; idque maxime proprium esse nomen Dei, qui omnium rerum principium, et fons est. Augustinus. Engubini. (in adnot. super Exod.) docuit, nomen Iehova significare Dei essentiam, et quiddam, idemque valere, quod Latine, Qui est, et qui erat, quoniam per naturam aeternam est.*

Eximius Ecclesiae doctor Hieronymus sic veneratur nomen Iehova, ut quoties ei occurrat, sacra Biblia hebraice legenti, tamquam ineffabile non pronunciet, sed loco illius legat Adonai; ideoque verba illa (Exod. 6): *Et nomen meum non indicavi eis*, de hoc ineffabili nomine videntur intelligenda: nam propterea Ioannes Evangelista nemini praeterquam Deo divinum Verbum notum esse dixit: *Nemo novit nisi ipse*. Ad hanc enim cognitionem mens hominis propria solum virtute pervenire non

potest. Nomen secundum inscriptum femori, et sanguinem indumentum equo sedentis, quem a se visum testatur Ioannes, nomen videlicet, *Rex regum, et Dominus dominantium*, sacramentum Christi exprimit humanitatem, quem admodum s. Gregorius (ho. 13, sup. Ezech.) interpretatur: Praeterea Christus sanguine pro nobis effuso, et crucis tolerans tormentum, sceptrum, et coronam regiam sibi paravit, sicut David praedixerat: *Regnavit a ligno Deus*, idque post eum testatus est Apostolus (ad Hebraeos 8) scribens: *Videmus Iesum propter passionem mortis gloria, et honore coronatum*: Ob quam etiam causam crucis culmini fuit titulus affixus: *Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum*.

Ex dictis infero, nec genibus, nec prostratis, nec aliis, qui apud Deum amicitiae, et gratiae nullum obtinuerunt, notum fuisse sanctum Iesum nomen, quo uno magis, quid ille sit, exprimitur: reliqua enim nomina, vel conveniunt ei quatenus, est Deus, vel quatenus est homo; at nomen Iesu utrumque significat, quemadmodum docuit Bernardus (sup. Cant.) his verbis: *Cum nomine Iesum, hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordiam, et omni sanctitate conspicuum, denique ipsum Deum omnipotentem, qui suomet exemplo sanet, et roborat adiutorio. Ne autem cui videatur haec doctrina plus pia, quam vera, animadvertat iuxta sinceram, ac verae theologiae regulas esse verissimam: Iesus enim cum sit idem quod Salvator, nec posset genus humanum sanguine suo Deus redimere, est enim in se ipso purus spiritus, carne, sanguine, et ossibus carens, iuxta Christi verba (Luc. 24): *Videte quod spiritus carnis, et ossa non habet*; multo autem minus valeret afferre nobis salutem, si purus homo fuisset noster Redemptor, quoniam tunc opera eius infiniti valoris esse non poterant, ac propterea non cum aequalitate, nec cum rigore iustitiae pro mundi peccatis aeterno Patri satisfecisset. Ergo si Iesus idem est quod Salvator, plauum est hoc sacro nomine altissimum unionis hypostaticae declarari mysterium, quo divina, et humana natura in uno, eodemque supposito iunguntur, unum, et unum.*

Quam etiam ob causam existimo Apostolum Paulum de huius nominis excellentia loquentem dixisse (Phil. 2): *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen*. Nam rei nomen tunc dicitur esse perfectum, quando naturam rei exprimit; cum autem Christus duabus sit compositus naturis, divina scilicet, et humana, nomen, quod hanc declarat unionem, reliquis omnibus nominibus antefendum constat. Unde merito inquit Apostolus: *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen*. Sunt tamen et aliae causae, quibus motus Paulus scripsit donatum Christo nomen, quod est super omne nomen. Ausus ex explicandis suppono, quod quavis Iansenius cum plurimis aliis interpretibus in huius loci commentariis sentiat Paulum per illa verba, *Donavit illi nomen*, non locutum de nomine Iesu, quoniam huiusmodi nomen inditum Christo in circumcissione fuerit, nomen autem, de quo illic agit Paulus, impositum in ascensione fuit, pro praemio o-

bedientiae, quam in cruce moriens exhibuit, quod ex ipso textu narrationis colligitur, nam cum dixisset, *Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*, illico Paulus subiunxit, *propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen*; percontantibus autem, quod nomen sit hoc, respondet per illa verba Ioannis (in Apocalypsi c. 1): *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutum, et divinitatem*. hoc est, vocari fortis, et appellari Deus, quibus nominibus cum quondam Isaia vocaverat. Ego tamen, etsi hanc sententiam multi doctores amplectuntur, libentius Origenem (ho. 1. in Iosue), s. Bernardum (to. 4, ser. 1, cat. ordin.), et Aymonem (in huius loc. exp.) sequutus, verba Pauli de nomine Iesu interpretanda censeo, sicut etiam intelligit Bernardus (in declaratione super illa verba): *Ecce nos reliquimus omnia, et (serm. 1. de circumc.) ubi ait: Circumcisio veritatem susceptae probat humanitatis, et nomen Iesus, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis*. Hanc interpretationem esse Pauli menti conformem, et verbis illius, ex eo colligimus, nam postquam dixerat, *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen*, addidit statim, *Ut in nomine Iesu omne genuflectatur*. Neque obstat, quod contra sit argumentum: Nam praeterquam quod Pater aeternus potuit tamquam anticipato praemio laboris dare Christo infanti nomen Iesu in praemium passionis, quam ab eo subendam praeviderat; possumus etiam respondere, verba Pauli, *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen*, ita esse intelligenda, ut post suam mortem, in praemium illius nomen, Iesus, quod prius habebat, esset deinde gloriosum super omne nomen, dum per omnes terrarum regiones propagatum ab omnibus coleretur. His sic statutis, videamus praeter allegatum superius rationem, quare Apostolus illud appellaverit, *Nomen super omne nomen*: cuius rei varias, et multiplices causas huius loci interpretes assignant. Quae tamen magis mihi probantur, huiusmodi sunt. Prima est, quia sacrum hoc nomen ita excellit, ut reliquis omnibus longe praestet; et quemadmodum oleum super omnes liquores natat, et superstat, ita et ipsum eminent, dicente Spoua de ipso (Cant. 1): *Oleum effusum nomen tuum*. Nullus enim est principalis, nulla potestas, et gloria, quae cum hoc potentissimo, et glorioso nomine conferri queat, aiente eodem Apostolo (Eph. 1): *Supra omnem principatum, et potestatem, et omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc saeculo, sed et in futuro*. Ecce sacrum hoc nomen non solum praestat hominibus, sed etiam coelestium, in coelo, terraque pariter illustre est, honorificum, et gloriosum. Multi sunt, qui tam in Hispania, quam in Italia, et Gallia vocantur Magnates, aut proceres propter dignitatis excellentiam, et potestatem: et regem alitemque vocari maximi honoris est, ut legitur (lib. 2. Regum): *Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra*; hanc tamen magnitudinem, et regum praestantiam superat nomen, de quo loquimur, quod ab omnibus regibus, et populis iubet i-

dem Propheta adorari, his verbis (Psal. 148): *Reges populi, reges terrae laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solum*. Sunt et in coelo illusterrima nomina angelorum, archangelorum, cherubim, et seraphim; et nomen angeli, qui apparuit Iacob, tam excellens fuisse scribitur, ut quaerenti eius nomen angelus responderit (Genes. 32): *Quid quavis nomen meum, quod est mirabile? omnia tamen haec nomina ita gloriosa nomini Iesu cedunt, dicente Apostolo (Heb. 1): Tanto melior angelis effectus, quod differentius praestitit nomen haereditavit; quasi dicat, sicut excedit angelicam naturam, quae in Christo est, divinitas, ita sanctissimum nomen Iesu reliquis appellationibus, et nominibus angelorum superat omnia, et coelestium quorumcumque spirituum antecellit. Secunda ratio, ob quam Paulus dixit hoc nomen esse super omne nomen, est, quoniam nunquam opera tanti prodigii, et portendit visa sunt, quanta huius sacri nominis invocatio praestat; unde dixerunt Apostoli *sancti signa, et prodigia fieri pro nomine sancti filii tui Iesu*; et s. Chrysostomus (sup. Lucam hom. 5) inquit: *Semper Iesus nominatur, quando a sanctis viris miracula fiunt*. Quomobrem merito soror Moysis in spiritu praescipiens nomen Dei virtutem, et excellentiam, inquit (Exod. 15): *Omnipotens nomen eius*. Inficari non possumus, quod olim Deus per virgatum Moysis operatus est, magne fuisse admirationis: nam aquam eduxit de silice; aperuit mare rubrum, ut liberum transitum Israelitis, et Aegyptii submersionem pararet, et interitum; manna pluit, et coturnices; solis fronsatus fuit cursum Iosue flagitante; et per multos gradus Ezechiae tempore se retrocessit. Mirabilia certe sunt haec; sed nullo mirabiliora, quae in nomine Iesu faciebant Apostoli, quibus, ut scripsit d. Marcus, virtutum operandi mirabilia ad invocationem sui nominis Christus Dominus imperavit (Marc. 16): *In nomine meo demonia eicient, linguas loquentur novis, serpentes tentent, et si mortiferum quid libentur, non eis nocebit*. Quae si parva forsitan alicui videntur, audiat quid ipse dicat (Ioan. 1): *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Et ut uno verbo dicam, hoc sacratissimum nomen reliqua omnia mundi nomina, quantumvis honorifica, et gloriosa tanto superat intervallo, ut de illo dixerit Princeps Apostolorum Petrus (Act. 4): *Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos invocari fieri, nisi in nomine Domini Iesu: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum*. Amen.*

HOMILIA IV.

Prosequimur excellentiam Nominis Iesu, quod nomen sit, et coelitus delatum, perspicue ostendentes.

Duplex in huius argumenti confirmatione mihi occurrit enodanda difficultas; prima est, quod, ut refert nosler Galatinus (*lib. 3. de arcanis cath. eor.*), nonnulli censere doctores, nomen Iesus idem esse quod *Iehovah*, quondam ab Hebraeis plurimum celebratum. Quam opinionem sequitur Christopholanus Episcopus (*in comm. Psalm. 8.*), ductus ea ratione, quod litterae, quibus scribebatur nomen *Iehovah*, si bene componantur, et debitis punctis iungantur, efficiunt nomen *Iesuah*, quod Latine dicitur Iesus: unde Hieremias nomen Christi praedicens, ubi nostra vulgata legit: *Hoc nomen est, quod vocabunt eum, Dominus: originale Hebraicum habet, Hoc est nomen meum, et vocabunt eum Iehovah.* Quibus consonat Burgenensis (*in c. 3. Exod.*), inquit Paulus dicentem (*Phil. 2.*), *Donavit illi nomen quod est super omne nomen, iudicetisse de nomine Iehovah, quod fuit nomen prae ceteris admirabile, ac propterea dictu ineffabile.* Ergo si Paulus ibi agit de nomine *Iesu*, ut communis Patrum opinio est, minime dubium videtur, nomen *Iesus* idem esse, quod *Iehovah*. Attamen si credendum est, ut credere debemus, hebraicae linguae peritis, plurimum nomen *Iesuah* differt a nomine *Iehovah*, siquidem illius litterae sunt *Iod, sin, vau, hain*, huius autem characteres sunt *Iod, hc, vau, he*. Praeterea significatio utriusque non est eadem: nam *Iehovah* significat essentiam, et *Iesuah* salutem. Quando autem Hieremias, ut paulo ante dixi, prophetavit, vocandum fore *Iehovah*, non loquitur de nomine proprio, sed de appellationibus honorificis, quibus postea erat appellandus: unde ad hoc alludens nostra vulgata translulit Hieremias verba, *vocabunt eum, Dominus*, quod est nomen honoris, et auctoritatis. Nec sequitur etiam, si Burgeni demus quidquid contendit super Pauli locum, nomen *Iesus* idem esse, quod *Iehovah*: locus enim Pauli duplicem sensum mysterio, de quo agitur, valde convenientem reddere potest. Primus est, Patrem aeternum dedisse Filio suo, ut post mortem ipsius cognosceretur, et tanquam verus Deus adoraretur. Secundus est, a Patre super omnes fuisse summa auctoritas, et honore cumulatum.

Secunda difficultas est, quod cum olim hoc nomine *Iesu* fuerint nonnulli vocati, sicut *Iesus Nave*, qui fuit Iosue filius Iosedeck, et *Iesus filius Sirach*, nomen *Iesus* in nostro Redemptore novum esse non videatur. Respondet nosler Galatinus (*lib. 3. cap. 20.*), hoc errore multos fuisse deceptos propter hebraicam linguae ignorantiam, cuius ille fuit peritissimus: unde ait: *Nomine Iesu alios vocatos fuisse omnino nego.* Idem affirmat Paginius (*in interpret. nom. Hebr.*), cui adscriptulatur Iansenius Horum

ratio est, quoniam nomen, quo illi vocabantur, hebraice dicitur *Iesuah*, quod significat salvavit; nomen autem Christi est *Iesuah*, quod significat salvatorem. Quam sententiam Isaias videtur innuere, inquit (*cap. 6.*): *Vocabit eum nomen novum, quod os Domini nominavit, quoniam cum esset homo coelestis, sicut scriptum est, secundus homo de coelo coelestis, nequam erat nomen eius coelitus illi, et ab angelo deferrit, quod archangelus Gabriel revelavit Iosepho, inquit (*Luc. 1.*): *Vocabis nomen eius Iesum, et ita impletum fuit, quod praedixerat Isaias (*cap. 30.*): *Eccc nomen Domini venit de longinquo, id est de coelo, quod a terrarum orbe longissime distat. Quod si diligentius id consideremus, inveniemus rationi consonum, ut Christo nomen Pater aeternus inderet: nam ad imponenda rebus nomina opus est, ut earum natura cognita, et perspecta sit nomen imponenti: ideo namque sacra Scriptura narrat, Adam nomina rebus convenientia dedisse, ut constat ex his verbis (*cap. 2.*): *Omne quod vocavit Adam animae viventis, ipsum est nomen eius: nam propter scientiam, quam ei Deus infuderat, omnium rerum creaturarum exactissimam habebat cognitionem. Cum igitur Christum nemo cognosceret comprehendente cognitione, praeter aeternum Patrem, dicente ipso (*Matt. 11.*): *Et Filium quis novit nisi Pater? nomen quoque eius dignitati, et personae conveniens indere, ad solum Patrem pertinet. Quoniam tamen parentes ius habent imponendi suis liberis nomina, ideo Pater aeternus misit de coelo nomen, quo Filius eius vocaretur; rei tamen executionem, et ipsam nominis impositionem sanctissimae Virgini Matri delegavit, ne illa privaretur iure suo, quod Christus tanquam filio legitimo ex sacris suis visceribus nato, nomen imponendi habebat. Sed ad propositum revertentes, etsi daremus alios viros armis, litteris, et sanctitate florentes nomine *Iesu* nominatos, reperiemus tamen rebus gestis, divinisque mysteriis nequaquam esse cum nostro Iesu conferendos. Verum quidem est, Iosue, qui appellatus fuit *Iesus Nave*, validum, et strenuum fuisse ducem: Dei enim populum liberavit, et Chanaanorum reges occidit, effecitque, ut Israelitae Chanaanorum ora ealcerent, qui adversus Israelitas tam superbe insultaverant. Non inficior Isaias Scripturam fuisse sapientissimum, et libri, qui inscribitur Ecclesiasticus, auctorem, de quo dicitur (*Ecl. 50.*): *Renovavit scientiam de corde suo, qui etiam mysticam Theologiam illustravit. Fuit etiam Iesus Iosedeck summus Sacerdos, vir magne auctoritatis, et religionis, sed nec hic, aut ille perfecti impleverunt, quod nomine *Iesus* significabatur: nam qui erat dux, non erat sacerdos, et qui sacerdos, non erat dux; et si quis sacerdotio, et militia erat insignis, carebat honore doctoris; et in Christo omnia haec, et alia plura simul invenimus: nam dux fuit insignior, et fortior, quam Iosue, sive Iesus Nave, quippe hic primum praelium inivit contra Amalech, qui interpretatur *Populus labens*, in quo fuit figura nostrae carnis debilis, et labilis: Christus etiam terrarum orbem ingressus, statim cum hoc eodem hoste,******

videlicet cum carne bellum gessit, permittens in tenera aetate sanctissimam carnem circumdidi, ut nostrae carnis delicias condemnaret. Iesus Nave fortitudine sua fecit, ut sui milites adversariorum regum ora contereret; at Iesus Christus suis praestitit virtutem, et fortitudinem, qua veneficos serpentes calcavit (*Act. 10.*): *Eccc dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones.* Quod si Iesus Nave, sive Iosue, ut ait Chrysostomus (*sup. Epist. ad Hebr.*), circumtem coelo solem detinuit; Iesus Christus fulmen persecutionis Pantulum ita compressit, et subegit, ut illico dixerit (*Act. 9.*): *Dominus, quid me vis facere? Idque non aliam ob causam nisi quoniam audierat: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Et tandem si Iesus Nave in terram promissionis Israelitas induxit, et singulis partem assignavit; nosler Iesus praedestinatus ad beatitudinem perducit, et omnibus pro cuiusvis meriti praemia largitur, quem admodum ipse dixit (*In dono Patris mei mansiones multae sunt.* Si vero Iesus Sirach insigni adeo sapientia floruit, ut de illo sacra Scriptura testetur (*Ecl. 50.*): *Renovavit sapientiam de corde suo; nosler Iesus erens sapientiam de pectore suo (*Colos. 2.*): *In quo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei, renovavit novitate doctrinae, et praedicationis Evangelicae, mundum peccatis inveteratum. Fuit Iesus Iosedeck magnus sacerdos, et templum post captivitatem Babylonis instauravit; nosler Iesus fuit etiam sacerdos omnium maximus, de quo David (*Psal. 106.*): *Tu es sacerdos in aeternum, et ideo novam condidit Ecclesiam, quam nova luce, novoque splendore decoravit. Ad haec sicut ille populi sui fuit advocatus; et Iesus Dominus nosler Iesus nostram causam agit apud Patrem, dicente Iohanne: *Advocatum habemus apud Patrem.* Et quemadmodum olim Aaron rebellantibus militibus adversus capita exercitus, positus in medio mortuorum, et viventium, coelestem ignem grassabatur, placavitque iram Dei oblatione sacrificii, thuribulum manu gerens, et preces adiciens, quibus tanquam scuto ab ira Dei prolegerentur; ita Dominus nosler Iesus intuens Deum ira succensus (*Deut. 32.*): *Ignis est succensus in furore meo, ne peccatores illo igne absumerentur, seipsum opposuit, et hominum apud Deum factor mediator, offert sacrificium Patri in thuribulo sacri sui corporis, nullis vulneribus confossi, cuius oblationis et orationis virtute divinus placatur furor, et ignis succensus defervescit. Propierea quod quolibet nomine *Iesu* vocati fuerunt, non id tulerunt immunes: nam cuidam imposita fuit vincendi necessitas, alteri, ut instaurationi templi animum intenderet, alteri, ut Ecclesiastici librum scriberet; at Dominus nostro Iesu multo graviora onera pariter cum nomine fuerunt imposita: siquidem vitam propriam summo dolore, et ignominia, ut populum suum salvum faceret, in cruce pendens amisit. Ex quibus omnibus satis aperte cognoscitur, quanto verius, et excellentius Christo Domino, quam aliis hoc nomen *Iesus* debeatur, et conveniat. Experientia constat, nomina propria ut plurimum imponi ob aliquam pe-****

CARTHAGENA de SS. Trinit. et Christ. Dom. — Vol. IV.

culiare rei circumstantiam; unde accidit, ut qui in die s. Petri nascitur, vocetur Petrus, et qui avum habet nomine Ioannem, eodem etiam nomine nepos desinetur; unde quia pater Ioannis Baptistae dicebatur Zacharias, consanguinei postulant, ut simili quoque nomine filius vocaretur. Haec pariter ob causam Ioseph, quoniam post vincula, et servitium, cum iam Egypti prorex esset, filium suscepisset, voluit cum vocari Manasses, quod significat *praeteritorum laborum divisionem*; et quoniam Esau de ventre matris prodit rubens, vel rufus, ut ait sancti textus, accepit nomen Esau, quod rubrum, sive purpureum significat. Sed hoc discrimen est inter nomina ab hominibus imposita, et inter ea, quae Deus indidit, quoniam homines ad id moventur rebus plerumque humilibus, nec aliquid mysterium indicantibus; ad Dei nomina rebus imponens, gratuita sua dona communicat, sicut fecit cum Abraham, illi vocavit, quoniam ipsum multarum gentium patrem constituerat: Abraham enim idem est, quod pater multarum gentium. Sic et Iacob prius appellatus accepit nomen Israel, quod significat *fortem et potentem sicut Deus*, quoniam cum ipso luctans, ita validus perstitit, ut dubia, et acceperit utrimque victoria videretur. Cum ergo Pater aeternus misisset Filium suum mundi servatorem, et annuarum redemptorem, iudicid illi nomen Iesu, quod significat *salutem*; et quoniam nostrae redemptionis opus singulare, et novum erat, nomen quoque singulare, et novum impositum. Quod facile patebit, si singula Christi mysteria perscrutemur, et contempleremur: in omnibus enim aliquid novum et excellens reperiemus.

Nova fuit hypostatica unio duarum naturarum, nova illius sine viri operatione conceptio, nova ex virgine matre nativitas, nova eius vita et doctrina, *mandatum novum do vobis*, nova eius mors, dum vitae aeternae mortur, quae est omnium maxima novitas, nova denique resurrectio: nemo enim praeter ipsum propria virtute surrexit. Homini ergo tam novo non solum in se ipso, sed etiam in operibus suis, *Eccc nova facio omnia*, novum imponitur nomen *Iesu*, quod Iesu possumus novum appellare: siquidem reliqua nomina, quibus vocatur Verbum, vel Filius Dei, aut Patris substantia, et alia similia, non sunt nova, sed antiquissima, et ei convenientia ab aeterno. Haec quemadmodum in terris quando quis creatur summus Pontifex, novo accepto nomine vocatur Pius, Clemens, vel Paulus; sic Filius Dei ingressus possessionem Pontificatus, cui Pater aeternus illum praefecerat, vocatur Iesus, quo reliqua nomina Pii, Clementis, et Pauli clauduntur; nam iuxta sui nominis significationem transibit, omnibus, et singulis beneficiens, iuxta quod scriptum est (*Act. 16.*): *Pertransiit benefaciendo, et sanando omnes.* Concludo igitur, notans, in nostrae sententiae confirmationem rem animadversione dignissimam, videlicet ubique in vulgata interpretatione reperitur haec vox, *Salutari, salvus, salvator*, sanctum Hieronymum, et septuaginta interpretes Latine veritatis Iesum; unde illa verba apud Isaiam: *Non est adque me salvator, ipsi transferunt, non*

est absque me Iesus. Fateri ergo debemus, neminem unquam nomen Iesu habuisse, quod formale significationis eius, ut ita loquar, quamvis illud quoad materialem vocis haberit. Quamvis hoc ultimum etiam negent auctores superiores, aientes non idem esse nomen, quippe diversis characteribus nomen Domini nostri Iesu scribitur, ut iam supra adnotavimus.

HOMILIA V.

Referantur, et explicentur nonnulla, quibus sacrum nomen Iesu prae ceteris ostenditur excellere, et quanta illud sit reverentia colendum, iterum edocetur.

Quatuor praeclarissima signa partim in sacris litteris, partim in sanctae matris Ecclesiae traditionibus invenio, quibus divina maiestas non absque singulari suae providentiae mysterio hominibus voluit innuere praestantiam sanctissimi nominis Iesu, et cultum, atque adorationem ei ab omnibus exhibendam. Quae ut debito ordine recensere, primum mihi venit explicandum, quando magnus ille Patriarcha Iacob, ut Apostoli Pauli (*ad Hebr. c. 11*) verbis utar: *Moriens singulos filios Ioseph benedixit, et adoravit fastigium virgae eius. Sanctus Ephrem (in comment. lvi. loc.) ait, virgam illam, sex sceptrum, quod Ioseph tunc regis Aegypti prorex manu gerebat, crucis fuisse figuram, et fastigium significasse tabellam, in qua fuit sanctum nomen Iesu exaratum, hincque Iacob moriens cum fide futuri Redemptoris, irruit osculaturus, et veneraturus sanctum nomen illius, cuius aspectu frui non poterat, ut sicut apud nos solent boni christiani, nomen Iesu corde colens, et ore pronuntiatus de vita discederet. Huic favent expositioni verba, quae (*cap. 47*) leguntur: *Adoravit Iacob Dominum, quae non possunt de Ioseph intelligi: non enim sacra Scriptura vocasset Dominum eum, qui Iacob erat filius, et quae multo minus hanc etiam ob causam a patre filius erat adorandus. Rationem ergo nunc ineamus: nam si huius nominis umbræ, ac figuræ tantam reverentiam sanctus ille patriarcha deferret, indicium est manifestum, praesensse Dei lumine praevalente, quanto in honore sanctum Iesu nomen ab omnibus foret habendum propter singularitatem eius excellentiam, et dignitatem.**

Secundum signum in Christo ipso cernimus, quando Pilatus eum morie crucis damnavit: nam tunc, etsi praeter eorum intentionem, tam ab ipsis perfidis Hebraeis, quam a Graecis, et Latinis nomen eius fuit concelebratum, dum hebraice, graece, et latine illa insignis facta fuit inscriptio, et Christi capiti imposita: *Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum*. Qua in re mihi videtur, sicut olim ineffabile nomen *Iehovah*, sublimi in loco, super caput scilicet summi sacerdotis locabatur, sic voluisse Deum nomen quoque Iesu super caput aeterni sacerdotis Chri-

sti, dum in cruce erat, affigi, quod inde, ipsi etiam eius hostibus reclamantibus, tolli, aut deleri non permisit, respondente illis Pilato, *quod scripsi scripsi*. Completa tunc ipsa invitalis fuerunt verba Davidis in titulo (*Psal. 57*): *Ne corrumpas, aut ne disperdas tituli inscriptionem, id est, ne deleas titulum crucis: Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum*. Quod anlem hoc sanctissimum nomen ampliori cumulat honore, est, quod Deus summe munificens, liberalis, et profusus in laboribus, et officiis quibusque suorum amicorum compensandis, adeo ut pro aquae frigidae potu vitam pollicetur aeternam, sicut scribit b. Matthaues, volens Christi laboribus, et obedientiae usque ad mortem crucis debita praemia largiri, nomen ei imponit Iesu, ab omnibus adorandum, ut docuit Paulus (*ad Phil. 2*): *Propter quod donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum*. Nulla corte maior dici potest hyperbole, per quam huius nominis excellentia magis pateat, quam si dicamus, nomen Iesu Deo esse visum dignum, quo Filius eius nominaretur, et pro omnibus laboribus, quos in cruce sustinere debebat, tanquam gloriosus triumphator honoraretur. Verumtamen si rem attentius meditamur, aliud etiam non contemendum excellentiae sanctissimi nominis argumentum licebit adiungere. Voluit Christus Dominus illud venerando suo capiti apponi, tum ut eo tanquam pretiosissimo diademate coronaretur, tum ut tanti nomen Iesu facere videretur, ut illud tanquam regiam patris diploma humani generis Salvatorum crucifixum lessificans, quasi religiose ipse descensans, super caput poneret, et mandato quod per ipsum dederat, promptissima voluntate obtemperaret, cuius obsequentis voluntatis, in Ioannes, tanquam unus eorum, qui mihi a secretis sunt, fidem ut factus pelo. Fecit sane discretis verbis dicens, super caput Iesu e cruce pendens positum fuisse titulum: *Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum*. Quae haec dicitur, brevi haec ratiocinatione concludam. Magnum olim fuit odium, quo mortales nomen Iesu insectabantur, ut David in persona Christi praedixit (*Psal. 41*): *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, et peribit nomen eius?* Hieremias quoque nomine Hebraeorum inquit (*c. 11*): *Eradamus eum de terra viventium, et nomen eius non memoretur amplius*. Non tamen Deus vota illorum impleri permisit, immo nomen Filii sui ad omnem propagavit aeternitatem, et ab universis creaturis in summo haberi cultu honoris, et maiestatis effecit. Quod ut faceret, et trophaeum crucis erexit, ubi maneret inscriptum, nulla unquam oblivione delendum: ac sicut quae sunt sublimi loco posita, ab omnibus cernuntur, sic nomen Iesu non in porphyreticis columnis, obeliscis Aegyptiorum, aeneis statuis, vel altis pyramidibus; sed in culmine, ac throno crucis locavit. Cui ut mundus universus genua flecteret, voluit ante omnes capiti suo, illud honorans, superimponere, ut exemplo suo ad praestandam ei reverentiam omnes excitarentur, cui Redemptor mundi tantum honoris deferret.

Tertium signum, quo huius nominis gloria singulari edito miraculo celebrata fuit, accipere possumus ab Apostoli Pauli morte, cuius caput, ut referunt historici, cum fuit cervicis resecissum, clamitabat, et repelebat nomen sanctum Iesu, ita ut qui animam a corpore, et caput a cervice separaverat gladius, tam dulcem compellationem ab ore Pauli amovere non potuerit. Quemadmodum enim vas, quod unguento fuit odorifero imbutum, quamvis in parva fragmenta comminatur, semper odorem conservat, iuxta illud Horatianum:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu;

ita Paulus vas electionis, ut de illo dixerat Christus (*Act. 9*): *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel: vas, inquam, rota tertii coeli elaboratum, vas quidem terrene, et fragile; coelum tamen in fornace tribulationum, quas pro Iesu nomine patienter fortiterque toleravit (ibid.): Ego ostendam illi quanta oportet eum pro nomine meo pati: tantam, inquam, Paulus recepit fortitudinem, et constantiam, ut quamvis tyranni in ipsum desaeientes huc caput, et illic proicerent corpus, nunquam nomen Iesu, pro quo moriebatur, dimiserit, immo tanquam vas, quod suavissimum toties continuerat liquorem, nam et solum in suis Epistolae nomen Iesu sexcentis, et amplius nominat, quamvis ita percussum, et distractum, bonum eius odorem retinens suavitate exhalabat. Nec minus mirabile prodigium fuit, per saliente Pauli capite postquam fuerat abscissum, tres in eodem loco fontes aquarum erupisse, impleto non solum in spiritu, sed re ipsa, quod Isaias dixerat (*c. 12*): *Haurietis aquas de fontibus Iesu: quod nostra vulgata vertit: Haurietis aquas de fontibus Salvatoris*. Non enim solum Christi persona, sed nominis ipsius invocatio, et prolatio tantae virtutis est, ut Moysis virga in operatione miraculorum eo sit infirmior, et impotentior: illa enim fontem unum, nomen autem Iesu a Paulo repetitum tres fecit scaturire.*

Quartum, et ultimum signum, quo nominis huius excellentia singulari successu sese prodidit, fuit, quando inelytus, et validissimus martyr Ignatius, qui bestiarum morsibus obiectus a famelicis disceptus facile quidem fuit, cor tamen illius mansit intactum, leonibus invadere, aut illud tangere non audentibus, quoniam forti armatura salutis, et pretioso illo nominis Iesu diademate praemunium, et fulgidum aureisque characteribus insculptum habebat, ut postea compertum fuit. Haec quemadmodum licores in regia curia capere, et in vincula ducere illum non audent, qui ad alicuius magnitatis, Apostolici Nuntii, vel regis, principumve legati domum, vel ad ecclesiam confugit, sic leones illi, quasi rationis participes, nomini Iesu reverentiam exhibentes, non ausi sunt martyris cor offendere, tam sacro auro munitum, suo docentes exemplo non solum hominibus, sed ipsis quoque iudicii expertibus animantibus sanctissimum Iesu

nomen esse debere venerabile, et omni cultu suscipiendum; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Quae sit utilitas, suavitas, et maiestas nominis Iesu, et quanta ei reverentia debeat exhiberi.

Rex et propheta David, quam fructuosum, dulce, magnum, et verendum esset Iesu nomen, contemplantur, breviter id significavit dicens: *Sanctum, et terribile nomen eius*. Sanctum vocat propter virtutem, quam habet ad sanctificandas hominum mentes, unde inoleseit prima huius nominis dignitas, nempe utilitas, quoniam iam ab eunctis animarum nostrarum morbis medicina, et salus provenit. Hanc utilitatem sacri Doctores multis laudibus efferunt: unde Augustinus (*de Civit. Dei lib. 7. c. 28*) explicans verba Davidis (*Psal. 67*): *Deus salvos facienti, et Domini, Domini exitus mortis*, inquit: *Deus salvos facienti, Dominus est Iesus: ipse enim salvum fecit populum suum a peccatis eorum: in quorum promissione quondam sanguis eius fusus est, non utique oportuit alios exitus habere quam mortis. Et ideo cum dictum esset Deus noster, Deus salvos facienti, continuo subiungit, et Domini, Domini exitus mortis, ut ostenderet moriendo salvos esse facturum*. Possumus etiam interpretari verba Davidis, *Domini, Domini exitus mortis*, de iustificatione hominis: nam sicut iustificatio est quidam motus supernaturalis, et divinus, quo peccator a morte transferitur ad vitam, *Translati sumus de morte ad vitam*, alque ita homo exemptus, ac liberatus de potestate peccati traducitur ad gratiam Christi, qui est causa efficiens, et meritoria introitus ad vitam, quae datur per eandem gratiam, sic etiam eadem iustificatio causa est exitus a morte per peccatum illata. Consideratione etiam dignum, nunquam a Gentium sapientibus, nec a Poetis, etsi varia Diis eorum nomina dederint, hunc belli, illum maris, alium eloquentiae Deum vocantes, nunquam aliquem Deorum appellatum *Deum salvos facienti*, quoniam tam honorificam appellationem divina maiestas soli Filio suo ab aeterno decreverat. Cognovit hoc magnus Patriarcha Iacob, qui mortis proximus, ut in Genesi scribitur, ultimum quo emisit suspirium, et ultima iam morientis verba cum nomine Iesu sociavit: nam ubi latinus interpret inquit: *Salvatorem tuum expectabo Domine*, alii cum Procopio (*sup. c. 49. Gen.*) transferunt: *Iesum tuum expectabo Domine*: quae verba chaldaice Paraphrasae singulari expositione ita declarat: *Salvatore tuum expectabo, dixit Iacob, non exprobo salutare Gedson, quae est salus temporalis, nec salutare Sampson, quae est salus transitoria, sed exprobo redemptorem Christum filii David, cuius redemptionem desiderat anima mea*. Nunquam visus inter homi-